

le, quo sancti martyres pro Christo necem sustinuerunt, singulis annis in eorum honorem religiose colitur, ita etiam, quia b. Virgo die sabbati, quo Christi corpus in sepulcro iacebat examine, tam acerbi doloris gladio eius anima transfixa fuit, ut plus, quam martyr a sanctis Patribus vocetur, idcirco in honorem huius Mariam martyrii Ecclesia catholica sabbatum ei saceravit.

Atque hae sunt litterales rationes; nunc mysticas subnectamus, inter quas principem locum tenet illa, quod quemadmodum Deus (*Genesis cap. 2*) sex diebus mundum creavit, complevitque die septimo opus suum quod fecerat, et requievit die septimo ab universo opere, quod pararat, benedixitque diei septimo, ita etiam Deus perfectissimam, et omnibus numeris absolutam condidit Virginem; ac proinde si puras creaturas spectemus, cum nihil sit ea praestantius, dici potest in ea complevisse, seu perfectis opus suum, in eaque item absque ulla contradictione perfectissime requievisse, tum in utero, ex quo carnem suscepit, in eoque novum resedit menses, tum etiam in anima, in qua per gratiam copiosissimam perpetuo mansionem fecit. Cui etiam instar sabbati multis benedixit; quod toto hoc opere manifeste ostenditur. In opere vero Redemptionis Christus, ut verbis utar Bernardi (*serm. primo Paschae*), in patibulo sexta feria redemit hominem, ipsa die, quae fecerat hominem in initio; sequenti die sabbatizavit in monumento, consummato opere, quod fecerat; tertia vero die, quae prima dierum est, primitivae dormientium, apparuit mortis victor, novus homo; sic Bernardus. At Christus longe praestantius in nostrae redemptionis opere in Virginis utero, tanquam in sepulcro animato sabbatizavit, et quievit, ut et ipsa Virgo testatur dicens (*Ecol. 24*): *Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.* Virginis autem uterum cum sepulcro Christi non parvam similitudinem habere contestantur divus Ambrosius (*serm. 2. de Parase.*), d. Augustinus (*lib. 4. de Trinit. c. 5*), et divus Hieronymus (*lib. 1. contr. Iovin.*); et merito quidem: nam in primis sepulcrum erat in horto: amoenissimus hortus fuit b. Virgo coelesti sponso, sanctarum cogitationum folia, odoriferos verborum flores, ac sacrarum operum dulcissimos fructus germinans, ad quos divinum sponsum invitabat, dicens (*Cant. 3*): *Veniat dilectus meus in hortum suum, et comedat fructus pomorum suorum.* Si sepulcrum illud fuit ex petra excisum, ut sacer Evang. testatur; sane Isaias (*c. 16*) b. Virginem petram compellavit: *Emitte agnum Domine dominatorem terrae de petra deserti.* Petra quidem propter invictam eius fortitudinem: deserti propter virginem autem sacratissimi ab omni viri consortio solitudinem. Si novum illud sepulcrum fuit, in quo nondum quispiam positus fuerat, audi d. Augustinum hanc novitatem Virgini applicentem: *Octava Kalendas Aprilis Dominus conceptus creditur, quo et passus, ita in monumentum voco, quo sepultus est, ubi nullus mortuorum positus, nec antea, nec postea, congruit utero Virginis, quo conceptus est, ubi nullus seminatus est mortalium:* haec ille.

Sed et aliam novitatis rationem in Deipara invenio, propter quam nova merito dici potest, quod ex veteri Adamo nihil vetustatis originalis maculae, aut fomitis ex ea nascentis contulit. Si sepulcrum illud sigillo signatum fuit, quis ignorat beatam Virginem a sponso fontem signatum appellari, quia sigillo illibatae virginitalis fuit obsequata? Si sepulcrum illud fuit custodibus munitum, sane virginis uterum praeterquam quod habuit Iosephi sui sponsi assistentem custodiam, etiam angelorum excubiae Domini sui matrem, velut fortissimi milites tanquam veri Salomonis throno adibat. Si sepulcrum erat prope locum Dominicae crucifixionis, ita beata Virgo etiam utero gestans filium suum, futurae mortis illius, quam ex vaticiniis prophetarum praecognoverat, frequenter memoriam reficiebat. Si sepulcrum linteamina continebat, in quibus passionis vestigia impressa remanserunt, sane in praecordiis Virginis omnes filii sui cruciatibus adeo impressi fuerunt, ut si cuipiam daretur illam intueri, facile velut in imagine, ad vivum protypum referente eos omnes cernere possit. Si sepulcrum propter odorem aromatum, myrrhae, et aloes mirram fragrantiam exhalabat, haec suaveolentia in Virgine non desiderabantur, angelis ipsis acclamationibus (*Cantic. 3*): *Quae est ista, quae ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatis myrrhae, et thuris, et universi pulveris pigmentarii?* Ac tandem si Isaias de sepulcro Christi dixit: *Sepulcrum eius erat gloriosum, certe de b. Virgine Salomon dixit (Prov. 31)* gloriosam esse decantandum: *Viderunt eam filias Sion, et beatissimam praedicaverunt.* Quod b. Virgo alioquin humilissima inreprehensibilis suo testimonio confirmavit, cum in canticis suis cecinit (*Luc. cap. 2*): *Ecco enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Quamvis autem divo Ambrosio (*serm. 2. de Parase.*) visum fuerit non nihil tribuendum esse maiori gloriae sepulcro illi Christi quam utero virginis, sic enim ait: *Sicut tunc de utero ad praedicandum natus est, ita et tunc ad Evangelizandum renatus est de sepulcro; nisi quod gloriosior est ista, quam illa nativitas: illa enim corpus mortale genuit, haec edidit immortale: post illam nativitatem ad inferos descendit, post hanc reamatur ad coelos; nihilominus tamen multis aliis nominibus gloriosior sepulcro mihi videtur virginis Deiparentis uterum: nam sepulcrum illud lapideum erat, et inanime, uterum vero Mariae animatum sepulcrum, et rationis particeps. In sepulcro corpus Christi vere unitum sanctissima eius anima creabat; unde divus Thomas (3. part. quaest. 50. artic. 4.) merito dixit, Christum Dominum in triduo mortis non fuisse hominem, in utero Virginis perfectissime Deus pariter, et homo fuit: sepulcrum tres dies continuit Christum; uterum Virginis novem integros menses: Christus de materia sepulcri nihil sibi univit; at de materia uteri Virginis partem purissimum sanguinis per mysterium incarnationis Verbum divinum sibi copulavit: de sepulcri substantia nihil Christus in suam substantiam convertit; de substantia autem Virginis, hoc est, de virginis eius lacte, alimentum susci-*

piens, magnam eius partem in substantiam alii convertebat: in sepulcro Christus iacens, iam amplius nec sibi, nec nobis merebatur, cum Angelicus Doctor (3. part. quaest. 19. art. 3. ad primam) doceat, meritum Christi solum usque ad mortem perdurasse; in utero autem Virginis meritorio factus ea exercuit, quibus et sibi gloriae corpus, et nobis salutem animae merebatur: ad quod respiciens d. Thomas (*ser. 2. Pen.*) dixit, iam tunc operabatur salutem nostram in medio terrae, in utero videlicet Virginis Mariae. Cum ergo praeter gloriam Dei nihil Christus Dominus antiquius, et clarius haberit, quam salutem nostram, consequens est, quod illum operando in utero Virginis, vere ibi sabbatizavit, ac proinde merito dies sabbati sacer Deiparae factus est; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA XI.

*Reliquiarum Deiparae veneratione, quas ipsa Virgo nobis reliquit, ostendit Ecclesia catholica devotionem, quam erga illam profitemur.*

Sacrarum reliquiarum religiosum cultum, quem Ecclesia catholica Romana non solum Sanctorum ossibus, sed et vestibus, calceis, et aliis eorum suppellectilibus semper exhibere consuevit, haereticis caninis dentibus mordent. Eorum, qui hoc venerationis genus impudenter reprehendunt avari sunt, primus fuit Eunomius, et post illum impius Vigilantius, ut auctor est divus Hieronymus (*lib. contr. Vigilant.*): deinde eundem errorem amplexi sunt Lutherani, Calvinistae, et Centuriatores, qui (*centur. 5. cap. 6*) falsum testimonium divo Augustino imponere non erubuerunt, affirmantes illum (*lib. 12. de civit. cap. 8*) dixisse superstitionem esse magnum concursum ad reliquias sancti Stephani in Africam visitandas. Quod eorum impudentem audaciam aptissime comprobatur in toto illo capite, eo quod non solum non invenitur nomen superstitionis, sed nec verbum aliquod, quod cum redeolat. Sane mulier emorrhoea sola solum solum Christi fideliter tetigit, et sanata est, (*Matt. c. 9*). Quod evidenter ostendit cultum, quem illa vesti Christi exhibuit, non fuisse superstitionem, cum per illum sanitatem a Christo Domino obtinuerit. Deinde (*Actor. 5*) minime sunt reprehensi populi, qui certam ad umbram Petri eo modo, quo poterant, attingendam, occurrebant, sed potius fidei suae praemium relatisse dicuntur: et tamen quae reliquiae viliores ipsa umbra cogitari possunt? Neque habuit sunt (*Actor. 19*) superstitioni, qui Pauli sudaria, et semicinctia deferebant ad aegrotos, ut etiam nos modo facimus, sed potius religionem illorum miraculis confirmabat Deus. Hinc Eusebius (*lib. 7. histor. cap. 15*) de sede lignae s. Iacobi Apostoli dixit: *Servatur cum ingenti studio, veluti a maioribus tradita memoria sanctitatis, et cum magna veneratione ha-*

betur; haec ille. Non ergo rideant Lutherani, et alii haeretici, si quando audiant, Romae cathedram sancti Petri ligneam honorari. Sanctus Athanasius in vita beati Antonii scribit, sibi ab Antonio relictum pallium tritum, cuius simile praecessit in pallio Eliae, quod ei in curru igneo ascendenti tradiderat, quodque Elishaeus, lametsi super illum requievisset spiritus Eliae, religiose servavit, et eo Iordanis aquas siccio vestigio transivit, et addit Legatarius Antonii benedicti, qui tritum pallium cum meleto imperio eius meruerat accipere; Antonium in Antonii muneribus amplectatur, et tanquam magna haereditate laetatur, per vestimentum recordatur imaginem sanctitatis. De eodem magno Antonio Hieronymus refert (*in vit. Paul. prim. Eremi.*), cum Pauli tunica ex foliis palmarum contextam Antonium adeptus esset, ob ipsius Pauli reverentiam illum induere solitum in diebus tantum solentibus Paschae et Pentecostes. S. Gregorius (*in epist. ad Reg. Gothor.*), quae extat (*tom. 1. Conciliorum*), in praemium exhibitae diligentiae, in conversione mullorum Arianorum, annulos quosdam catenae, qua in carcere vinculus factus divus Petrus, ad illum misit, et Ecclesia catholica speciale festum instituit in eius honorem, quod sancti Petri ad Vincula nomen habet: quod si lignae sedes divi Iacobi, Cathedra divi Petri, catenae eius, sudaria divi Pauli, pallium Antonii, et alia similia aliorum Sanctorum veneratione digna sunt; nemo sane mentis mihi inficiabitur, si Dei Genitricis suppellectilia, et res familiaris maiori cultu, et veneratione digniora censeam: et quidem nemo dubitare potest, cultum reliquiarum Virginis valde eius devotioni favere, divo Augustino dicente (*lib. 1. de civit. Dei cap. 12*): quemadmodum his, qui amore aliquid prosequuntur, est a natura insitum, ut non ex solo eius aspectu capiant voluptatem, sed donum, vestes, et calceos contemplantur cum magno laetitia, ita dicendum est de Sanctorum templis, et reliquiis.

Ceterum quoniam sint reliquiae Dei Genitricis, quibus particularis Ecclesiae veluti pretiosissimas pignoribus locupletatae sunt, iam subiciemus; ut tamen a velutioribus exordia, ea quae b. Virgo vel propriis manibus contraclavit, vel industria sua elaboravit, apponemus: huiusmodi est sacratissimum Praesepe, in quo ipsa perperam filium natum reclinavit, quod Romae sub altari Praesepi in nobilissimo sacello a Sixto V. extracto apud s. Mariam Maiorem est reconditum, de qua Onuphrius (*lib. de sept. Eccles.*). Huiusmodi est Conabulum, et aliquid ex fasciis, ac pannis infantiae Salvatoris, quae omnia rite conservantur in eodem templo s. Mariae Maioris, in ferculo marmoreo reliquiarum, auctore Onuphrio (*loc. citat.*). Fasciae vero Salvatoris, ex Nicephoro (*loc. citat.*), ab Eudoxia Augusta ex Hierosolyma Constantinopolim transmissa ad Pulcheriam Augustam, ab ea in templo magnificentissimo cum Deiparae zona collocatae sunt. Tunica quoque Christi inconstitulis, de sepe contexta per totum, quae Ecclesiam significat, quam Dominus a militibus dividi nequiquam est passus, ex Gregorio Tarontensi (*de*

plor. marty. cap. 8.) suis quidem temporibus in Galatia erat reposita: nunc vero, quamvis Mendendorpius asserat Treveri ex dono s. Helenae repositam; tamen ex Onuphrio (*lib. de septem Eccles.*), Romae in templo s. Ioannis Lateranensis continetur in ferulo marmoreo, super altare s. Mariae Magdalenae, quam Ioannes Diaconus antiquissimus (*in lib. de Basil. Later. loc. cit.*), cum reliquiis huius Basilicae commemorat, ponit his verbis: *Tunica inconsultilis, quam fecit sancta Maria Virgo filio suo Iesu Christo. Sane hanc tunicam, inquit Baronius (tom. 1. annal. ad ann. Christ. 34), contextam fuisse a beata Virgine par est credere, nam in Oriente hominum vestes a feminis confecti solitas, testatur Zorobabel (3. Esdr. 4), cum de mulierum fortitudine disserit: Ipsae, inquit, faciunt stolas omnium hominum: et (Proc. 31) de muliere illa fortis dicitur: Confidit in ea cor viri sui, et spoliis non indigebit: et mox: Omnes domestici eius vestiti sunt duplicitibus: haec ex Baronio. Romae etiam in templo Lateranensi, auctore Onuphrio (*loc. cit.*), inter alias reliquiis, quae in ferulo marmoreo super altare s. Mariae Magdalenae asserantur, recensetur et Christi Domini indusium, his verbis: *Intervala linea Domini nostri Iesu Christi, quam ei b. Virgo fecit in capsula argentea; sic ille: qui alibi in eodem libro ait, vocari in quadam tabula reliquiarum primam camisiam Salvatoris: ad haec velum, quo praecinctus fuit Christi Salvatoris corpus in cruce pendens, Sancti meditantur fuisse Deiparae, ab eaque Christo ante crucifixionem apertum: nam sanctus Anselmus (*in dialog. de pass. Domini.*) inducit Deiparam sic loquentem: *Cum venissent ad locum Calvariae, nudaverunt Iesum unicum filium meum totaliter vestibus: ego tamen velamen capituli mei circumligavi tumbis eius: et s. Bonaventura (*in Meditat. vit. Christ. cap. 78*): Mater, inquit, conspicit filium suum totaliter nudum, et tristatur: nam et ei nec foemoralia dimiserunt. Accelerat ergo, et appropinquat filio, amplectatur, et cingit eum capituli sui velo; sic ille. Hoc porro velum Romae in sancto Ioanne Lateranensi reverenter asseratur in ferulo marmoreo super altare s. Mariae Magdalenae, auctore Onuphrio (*loc. citato*): cum enim plures reliquiis commemorat, ait, ibi velum esse, quo velatum est corpus Salvatoris in cruce pendens, et alibi istud velum vocat foemoralium Christi crucifixi. Neque praeterenda est siletio columna ex hyaspide, super quam d. Iacobus Apostolo adhuc superstitie, Deipara Caesaraugustae in Hispania se videntem praebuit, eunusque est aliquota. Sepulcrum Deiparae, si Nicephorus (*loc. cit.*) consulamus. Constantinopolim translatum, et in templo Deiparae Blachernis a Pulcheria Augusta repositum est. Quod tamen Baronius (*tom. 1. annal. ad annum Christi 48*) merito demiratur, cum Brochardus (*in descriptione terrae sanctae part. 1. cap. 70. §. 47*), in valle Iosaphat illud esse affirmat; et qui nostris temporibus Ierosolymam adierunt, in petra excisum esse testantur, atque instar sepulcri Domini nativi lapidi cohaerens, loco immobiliter inhaerere. Accedit et Beda, qui 200. propemodum***

annis post Pulcheriam floruit, et in libro de locis sanctis monet, sepulcrum Dei Genitricis suis temporibus in dicto loco vacuum certum. Nisi forte dicamus, partem aliquam lapidis eius tumuli Ierosolyma Constantinopolim transmissam, nam Romae etiam tum in templo sanctae crucis Hierusalem, tum etiam in templo sancti Laurentii extra muros de lapide sepulcri Dei Genitricis inter reliquiis asservari testatur Onuphrius (*loco citat.*), ac Babyloniam in descriptione terrae sanctae (*part. 2. capit. 4*), beatam Virginem Iesum parvulum saepe lavisse, panniculosque eiusdem, atque lintola; tum detersisse, cum esset in Aegypto, et metu Herodis exularet. Prope illum vero fontem lapis est, super quem Christi panniculos, et lintola, quae laverat beata Mater, exiccanda extendebat: ex eo fonte ab ipsis Sarracenis irrigatur balsami hortus, ac maxime faecundior. Eius quidem meminit Iacobus de Vitriaco (*in hist. Orient. cap. 86*). Huc referre possumus sedem ac lapidem illum, ex quo s. Ildesonus Deipara post suam, disputationem, ac libro ab eo scripto, defensam virginitalatem, Toleti est allocuta, simulque vestem ei ad sacrificandum dedit: eorum Mariana (*lib. 6. de rebus Hispaniae cap. 10*) meminil his verbis: *Cum Ildesonus ad aram progressus, nixus de de more genibus, preces funderet in cathedra, unde is ad populum concionari erat solitus, adstantem beatam Virginem vidit, quae cum allocuta, vestem ad celebrandum suis manibus capiti inseruit: lapis ubi beata Virgo vestigio constitit, in ipso templo Toletani aditu monstratur claustris ferreis inclusus, tantae rei monumentum, vestis de coelo allata, in Maurorum incursione, Oveti servatur in obsepta arca, ab oculis subducta mortalibus, eoque maiori religione culta; haec ex Mariana. His attendenda est tum planeta, quam s. Bonito Alvernensi Episcopo eadem Deipara ad celebrandum missae sacrificium est elargita, ut narrat Vincencius Beluacensis (*lib. 7. specul. histor. cap. 97*), tum etiam alia clausula, purpurea illa quidem ac pulcherrima inclusa in parva, et elegantia pyxide, quam ad amoris significationem dedisse narratur sancto Thoma Cantuariensi, cum adhuc adolescens corporis sui castitatem eidem Deiparae vovisset: res gesta narratur (*in speculo exemplorum distin. 9. num. 123*). Huc revocari potest oleum, quod teste Thoma Valsigha (*in historia anglicana*), et in Ypodigma Neustriae ad annum 1399, sancto Thoma Cantuariensi, dum esset in exilio, conservandum Deipara dedit, eique praedixit, reges Anglos, qui hoc unguento ungerentur, et pugiles Ecclesiae futuros: quod unguentum in Aquila aurea, et olla lapidea conservatum, diu latuit, nimirum usque ad annum 21. Richardi secundi regis praedecessoris Henrici Quarti, qui eo inunctus est ab Archiepiscopo Cantuariensi. Huius adde, quas scripsisse Deipara dicitur epistolae, unam quidem scripsit ad s. Ignatium, quam licet Baronius (*tom. 1*) ad annum Christi 48, minime recipiat, cum tamen agnoscat s. Bernardus (*serm. 7. in Palm. 90*), Carthusianus in commentariis super Dionysium Areopagitam de divinis nominibus, Sixtus Senensis (*in bibliot.**

Sanct. lib. 2. in Maria), qui citat Marcum Michaelen presbyterum Corlonensem (*lib. de viris illustr.*), et Canisius (*lib. 5. de b. Virg. cap. 1*), et alii apud Canisium, qui etiam testatur Florentinos, et Messanenses gloriari, se a Deipara epistolae accepisse.

Sed iam venio ad reliquias alias Virginis, quae maiorem cum illa contunctionem habuerunt. Domus Virginis, eius ortu, et Christi lesu conceptu, maxime nobilis e Nazareth in Laurentium a Pieno ab angelis translata, miraculorum gloria, et omnium gentium peregrinatione celebratur, de qua fuse supra in hoc capite. Ex leclo Deiparae extat aliquid Romae in sancta Maria Maiore in marmoreo ferulo, quod reliquiarum dicitur, auctore Onuphrio (*de septem Ecclesiis*). Peeten Virginis, una cum eiusdem peplo, seu velo ex dono sanctae Helenae Constantini matris, Treveri conservatur, auctore Iacobo Mendendorpio (*lib. 5. Academicarum*). In Treveri fons Deiparae a Pulcheria Augusta in secundo templo Constantinopoli a se excitato repositus est, auctore Nicephoro (*lib. 11. c. 14*); verum tamen est, quod eius interpretres loco fusi apposit pensum, forsasse propter affinitatem, quod pensum in fila deductum, fuso agglomeretur. Deinde annulus adest sponsalium beatae Virginis, quo Semimurensis apud Mandubios in Burgundia prioribus nobilitatur, cuius meminit Genebrardus (*in Chronographia lib. 4*), ad annum 868. Extat alius annulus perbus, qui propter multa miracula edita in magna veneratione habetur, ut refert Ferretus (*lib. 5. de Maria Augusta cap. 31*). Celebratissima est Deiparae vestis, integra illa quidem, quam Leone primo imperatore, Constantinopolim delatam, et in nobilissimo templo in Blachernis collocatam, scribunt Metaphrastes (*in orat. de vita, et ob. Deip.*), apud Surium die 15. Augusti, et post Metaphrastes Nicephorus (*lib. 2. histor. c. 21. et l. 15. cap. 14*). Nos haec omnia ex antiquiore Metaphraste et qui plenius haec narrat, referamus: Deipara, inquit Metaphrastes, post acceptum nuncium a filio per angelum de sua ex hoc mundo migratione, ad Ioannem aspiciens Virginem, cum pauca cum eo esset locuta, deinde duas, inquit, tunicas, quas toto vitae tempore habui, tegumentum mei corporis, eas dari iubeo hisce duabus mulieribus; sic ille. Vestis etiam eiusdem Virginis pars aliqua habetur Romae, tum in sancta Maria Maiore, tum in sancto Ioanne Lateranensi, tum etiam in sancto Laurentio extra muros, teste Onuphrio (*loco citato*). Forolivi in Aemilia in collegio societatis, in simulacro Deiparae ex Germania allato bona pars vestis Deiparae asseratur. In Hispania quoque Oveto, ex Marineo, in Gallia templum Lutetiae cathedrale ex Bonifio earundem vestium thesaurorum ditantur, atque illustrantur. Zonam sanctissimae Virginis pluribus in locis in pretio haberi, multorum testimonio constat. Romae in sancta Maria Maiore in marmoreo ferulo, ubi reliquiae asserantur, indeque populo certis diebus solemniter commonstrantur, ex ea haberi testatur Onuphrius (*loc. cit.*). Brugenses eius partem ex urbe Constantinopoli anno 1230, dono sibi datam, solemniter ea de re diplomate

asseverant. Aquisgranum, et Atrebatum ex eadem zona habere se gloriantur, ac praedicant. Ceterum Constantinopoli, Areadio imperante, sacram zonam integram repositam, cui templum Pulcheria Augusti Arcadii filii magnificum extruxit, testatur Nicephorus (*l. 13. c. 2*) et *lib. 13. cap. 14*) his verbis: *Pulcheria tria quoque Dei matri ex ipsis fundamentis templa erexit. Quorum unum est in Chalcyptreio, sine fabricarum foro, sacri tumuli nomen habens, in hoc veluti thesaurum Dei Genitricis depositum zonam. Hoc in templo, ut quarta quoque hebdomadae die privilegium, et supplicatio ad lucernas, et lampadas ferret, constituit, quam ea ipsa pedes frequentare solita erat: illa Nicephorus. Hinc Patres etiam miris laudibus eiusdem Deiparae zonam celebrantur: nominatim vero Germanus patriarcha Constantinopolitanus de sacrosancta Deiparae zona, quae Constantinopoli in basilica Pulcheria in Chalcyptreio extracta, asseratur, insignem orationem habuit, quae ex Metaphraste praefert Surius (*tom. 4. ad diem 31. Augusti*): eius praecerta verba ingenio, ac pietate tanti viri digna haec sunt: *Zona haec corpus illud constrinxeat, in cuius utero Deus celebratur, zona, quae Dei Arcam, id est, Deiparam pulchre, et honeste exornabat, quae saepe ex Virginei lactis guttis humectabatur, quae cum diti Deiparae corpus, velut unguentum diuinum inoleverit, odorem ex eo evagationem in aeternum seruet: et mox: O zona, quae tui quid te confugiant, das lumborum mortificationem ad vitam, animi autem virtutem ad virtutum operationem! o zona, quae nostrae naturae imbecillitatem astringis, et inevitabilem impedii o zona veneranda, quae tum civitatem circumdas, et contines, et conversas a barbarica illnessa excursionem o zona pretiosa, quae Deum Verbum, dum esset in utero, ineluctasti, et evagationem benedictionem affatim illuc hausisti! o zona, quae a corruptione alienae Dei matris corpori appropinquasti, et illuc induisti incorruptionem. O veneranda, zona accinge lumbos nostras virtute iustitiae, et mansuetudinae, fac nos haeredes aeternae, et mansuetudinae, et hanc nostram vitam interitui obnoxiam conserva, ne eam laedant inimici. Habeamus in te vires, et ancilium, murum, et propugnaculum o Deipara, et salutare refugium. Quomobrem o Deipara, cum templum tuum studioe accurimus, in quo cum stamus, in coelo ipso stare nos credimus, in quo stamus, in angelorum choro versari nos existimamus. Erquis ex fidelibus venerandam zonam intuenti, non statim animi tuncunditate repletur? haecenus Germanus. Ad haec interpellae Dei Genitricis, sive subculae, et duae extant, altera Aquisgrani, a Carolo Magno ibi reposita, anno D. circiter 810, auctore Philippo Bergomate (*lib. 10. supplem. Chron.*), his verbis: *Carolus Constantinopoli in Galliam rediens, coronae Domini nostri Iesu Christi partem, partemque Dominicae crucis, et clavam unum, sudariumque, necnon et beatissimae Virginis Mariae camisiam secum delitit, et ad Basilicam Aquisgrani transmisit; haec ille. Qui porro Aquisgrani degant, ii ex traditione acceperunt, eam ipsam esse, qua Virgo mater pariens e-***

rat amica: coloris est candidi, longitudine unius ulnae cum quadrante, latitudine unius ulnae cum quadrante duobus, et semis. Altera vero Carnuti in urbe Galliae, ex Caroli Calvi munere conservatur, quae eam urbem memorabili, ac testatissimo miraculo, cuius complures auctores meminerunt, a Barbarorum furore defendit, anno Dom. circiter 877. Rem gestam verbis Vincentii Beluacensis (lib. 24. *Speculi historialis cap. 46*) ad calcem referemus: Porro multos magnis spebus sollicitatos, secum adduxit, pyratiam aggressus, Carnuti adhaesit: cuius cives, nec armis, nec muris confisi, beatas Mariae supplicem, id est, camisiam adorant, quam Carolus Calvus a Constantinopoli cum aliis reliquiis advelli fecerat. Hanc camisiam in modum vestili super propugnacula custodiam, trita pettoribus ventis exponunt. Hostes visam cooperunt ridere, et in eam sagittas dirigere; quorum oculis mox obtenebratis, nec antecedere, nec retrocedere valebant. Quod eidentibus oppidani multa eorum se caede satiarent. Evasis tamen Bollo quem suae fidei Deus reservavit; haec Vincentius. Is a Malmesburiensis, qui circa anno Domini 1110 floruit, (lib. 2. de gestis Anglorum), ad verbum ea est mutatus, et ex Vincentio s. Antonius (2. par. tit. 16. c. 2. §. 5).

Quid plura? ex sacratissimis Deiparae capillis, quos ex Epiphonio presbytero Constantino-politano Nicephorus (lib. 2. *histor. c. 24*) flavos fuisse affirmat, pars aliqua nullis reperitur in locis, Roma praesertim, tum in s. Maria Maiore, tum in s. Ioanne Lateranensi, tum etiam in subterranea sanctae Helenae sacello, quod est in templo sanctae crucis in Hierusalem, auctore Ouphrio (libro de septem Ecclesiis), cum eorum templorum reliquias recenset. Ex hisdem porro capillis aliquid habet Ovetum Hispaniae, auctore Marino Siculo (lib. 5. de rebus Hispaniae), aliquid Aquisgranum Germaniae urbis; aliquid tandem amplissimum quondam beat. Virginis in Croylandia insula monasterium, ut eius monasterii Abbas Ingulphus testatur in sua historia, in qua affirmat, Imperatorem Henricum contulisse ei monasterio de crinibus s. Dei Genitricis Mariae, quos Hugo rex Franciae ei inclusus in aurea pixide dederat. Sed quod mirabilis est, ex Virgineo Deiparae laeae, quod Christus Dominus sugebat, aliquid asservari in diversis locis, ut Assisii in coenobio s. Damiani, monialium s. Clarae, Toleti, et Oveti in Hispania, tradunt Marianus Siculus (lib. 5. de rebus Hispaniae). Parisiis etiam in summo templo, et in sacello regio, aliquid eiusdem Virgineae laeae custodiri, auctor est Petrus Bonifonius (l. 2. *Fastorum Parisiensium*). Ad extremum Sarius (tom. 1. in *Vita sancti Mauri*) a Fausto eius discipulo scripla affirmat s. Benedictum Abbatem dilectissimo suo discipulo s. Mauro in Gallias discedenti, in piguis paterni sui amoris ei dedisse reliquias alias s. Dei Genitricis intra capsulam eburneam inclusas; et Gregorius Turonensis (de gloria Martirum c. 19) eorumdem reliquiarum insigne miraculum his fere verbis describit: *Quidam Ioannes natione Gallus, a lepra in Iordane mundatus, reliquias beatissimae Mariae ab Hierosoly-*

*mis accipiens, in patriam revertebatur: cumque in Italia in latrones incidisset, capsam, inquit, in qua ille beata gestabat pignora, ab iisdem latronibus effringitur, nihilque in ea pecuniae reperitur: ideo latrones extracta pignora in ignem proiciunt, caesoque homine discesserunt. Tunc ille semivivus exurgens, ut vel cineres caestorum colligeret pignorum, invenit super carbones accensos illaesas iacere reliquias, ipsaeque linteam, quo involtas erant, ita admiratur integrum, ut non putaretur prunis incitum, sed aquis absconditum; colligitque cuncta cum gaudio, et riam, quam pergebat, ingressus cum Gallias pervenit incolumis; sic ille. Idem Gregorius Turonensis (lib. cit. cap. 10) aliud eorumdem Deiparae reliquiarum miraculum narrat, quod ipsemet expertus est: *Beatae Virginis, inquit, reliquias cum sanctorum Apostolorum, vel beati Martini quadam vice super me in cruce aurea postas, exhibebam, cumque per riam gradientem, conspicio hauri procul a via hospitium cuiusdam pauperis incendio concrenari: erat autem foliis, quae ignibus maxima praestant fomenta, conlectum; currebat miser cum liberis, et uore, aquam deportans; sed flammam non mitigantur. Tunc extractam a peccatore crucem, levo contra ignem, mox in aspectu sanctorum reliquiarum ita cunctis ignis, ac si non fuisset accensus, Dei omnipotentis virtute obstupuit; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.**

## HOMILIA XII.

*De multiplici alio religiosi cultus genere, praecipue orationis, quo Ecclesia catholica Deiparam Virginem singulariter venerat.*

In hoc genere argumenti, ut a notioribus exordiamur, Ecclesia catholica triplici campanae pulsa, ter singulis diebus, vesperae, mane, et meridie, fideles ad salutandam Deiparam Virginem excitat; quod vel in locis Ecclesiastico interdico obnoxii, fieri posse, docent s. Antonius (3. p. tit. 27. c. 4) sub finem, et ex Summistis Angel. Silvester, Tabiena vers. Interdictionum, et Navarrus (in *manuali cap. 27. num. 177*). Ceterum huic salutationis angelicae pulsam in Deiparae venerationem fieri, animadvertit s. Anton. (4. part. tit. 15. c. 24. §. 3): *Statuit, inquit, Ecclesia singulis diebus pulsari ter campanas Ecclesiarum, de sero, et iterum de mane, ad quid? nisi ut honoretur b. Maria, et laudetur ex salutatione angelica? sic ille. Huiusmodi fortasse consuetudinem haesimus ex Psalmographo, qui exemplum posteriori tradidit, cum (Ps. 41) idem in Dei honorem se praestitisse sic cecinit: *Vesperae, mane, et meridie narro, et annuncio, et exaudiet vocem meam.**

Verum de institutionis eius initio non una omnium est sententia: etenim Polydorus Virgilius (de invent. rerum lib. 6. cap. 12) vesperiti-

num quidem pulsam acceptum refert Ioanni 22. qui anno Domini circiter 1320. in memoriam Incarnationis illius instituit; matutinum vero Theodorici Archiepiscopus Colonienis praecipisse dicitur. Ad Octavianum in vila s. Bonaventurae apud Surium tom. 3. cum vesperinum, tum matutinum eidem s. Bonaventurae ascribit: vesperinum quidem, quia sub vesperum intendentibus se tenebris, sanctissimam Virginem angelus Gabriel salutasse; matutinum vero, quia sub idem tempus a Virgine recessisse existimabatur. Cor vero a Ioanne 22. pulsus salutationis angelicae serotinus fuerit institutus, vel saltem eius auctoritate propagatus, eius rationem reddidit auctor Sermo Discipuli (in ser. de visitatione Deiparae, qui est 25 de Sanctis), cuius verba iam de pulsa matutino, quae de vesperino, quod rem totam egregie ad utilem pacem explicent, in praesentia referre non gravabor: *Quare, inquit, pulsatur Ave Maria de sero, et de mane, tribus diebus? Respondetur, de mane in aurora diei ex laudabili consuetudine pulsatur, ut illa hora honoremus, et salutemus salutatione angelica beatam Mariam Virginem, qua hora angelus Gabriel eam salutavit, quia, secundum b. Dionysium, Incarnatio Christi in ortu diei facta est, quia tunc ortus est sol iustitiae super terram nostrae miseriae: item ut recommendemus nos beatam Mariam Virginem, ut ipsa impetret nobis a filio suo, ut illo die custodiamur a peccatis, et confortemur a bonis operibus, et virtutibus. Sed de sero pulsatur, ut per intercessionem, et invocam sanctissimae Virginis dimittantur nobis peccata, quae commisimus illo die, et sic peccator statim debet contreri de peccatis suis: item, ut meritis eius custodiamur illa nocte, et si qua bona fecimus illo die, per eius manus Virgineas, filio suo Domino nostro Iesu Christo offeramus: etenim legitur, quod in vigilia Annuntiationis Virginis Mariae in Aenione, duo propter iustitiam saecularem sunt ad stipites manibus et collis ligati, ut cremarentur. Accenso igitur igne, unus illorum crebro b. Mariam Virginem invocans, ut se iuvaret intendo, si aliquando ieiunius, vel orationibus, vel alia obsequia ipsi Virgini praestitisset: et ecce eidem vestibus, et corpore iustus penitus sola colli, et manuum vincula ignis consumpsit, et ab igne solutus exiit, socio suo totaliter consumpto: relictus est autem solutus secundario in ignem, et iterum permansit iustus, et ab igne exiit: sicque cum laude ad Ecclesiam maiorem beatissimae Virginis ductus est, et Papa Ioann. 22. statuit sero fieri pulsam campanae, ad quem quicumque homo genua flectendo, tria Ave Maria dixerit, viginti dies indulgentiarum habebit: et de illo miraculo, et de illis indulgentiis habetur publicum instrumentum, et litterae authenticae; haec in ser. Discipuli. Duobus huiusmodi campanae pulsibus addidisse meridianum dicitur Ludovicus XI. Galliae Rex a Gaguino (lib. 10. *hist. Franc.*), et Genebrardi (lib. 4. *Chronol.*) ad annum 1227. Illum porro Callistus III. quomodo accepimus a Platina, et Fr. Alphonsus Ciaconius (in eius vita) confirmavit, ut populum invitaret ad orandum contra Turcas pro Christianorum pace.*

Ceterum Arnoldus Uvion. (lib. 5. *ligni vitae cap. 20*) cum aliis, quos citat. auctoribus, docet Urbanum IV. in Concilio Claromontano, bello ad recuperandam terram sanctam indito, mandasse ut omnibus Ecclesiis, mane, ac vesperi, trino campanae signo populus ad orationem, atque divinam opem contra Barbaros impetrandam excitaretur, quod cum omnino 134. usque ad Gregorium IX. rite servatum est; Gregorium vero adiecto meridianum pulsus eiusmodi consuetudinem in Deiparae laudem commulasse, ob tria mysteriorum genera, quibus a suis studiosis, praesertim in Rosarii recitatione honorari, colique Deiparae solet, ob mysteria, quae vocant Gaudiosa, quae a Christi Domini Incarnatione caeperunt, ac vesperino pulsa iudicantur: Dolorosa, propter summos, maximeque intensos dolores, qui fuerant in Christi Domini crucifixione, et morte, quae in horam diei nonam incidit, meridianum pulsa commemorantur: Gloriosa, quae initium duxerunt ab ea, quae super auroram facta est, Christi resurrectione; haec ex Uvionio.

Et sane iure optimo hoc triplici tempore ad orationem faciendam, ac Deiparae patrocinium implorandum excitamur, ut mane diei ascensionis initio, nosque futurarum nostras actiones ad Dei gloriam referamus: merito adulo iam diei brevi precatione spiritum reficiamus: vesperae cadente iam luce, factorum omnium rationem per conscientiae examen a nobis exigamus. Deinde adhibet Ecclesia officium beatae Virginis, quod vocant recitari, ad discrimen officii Domini, qui parvum tenentur ii, qui sacris Ordinibus initiati sunt, et vulgo dicitur magnum; propterea quod pluribus Psalmis ac precibus constat. Huiusmodi vero Virginis officium studio beati Petri Damiani doctissimi iuxta, ac sanctissimi viri, ut ex Hieronymo Rubeo in eius vita admonemur, mirifice propagatum est; postea anno nostrae salutis 1094. decreto Urbani IV. in Concilio Claromontano, ut testatur Vincentius Beluacensis (in *speculo histor. lib. 25. c. 1112*), s. Antonius (2. part. *histor. tit. 16. c. 1. §. 23. et 4. part. sum. tit. 15. cap. 24. §. 3*), et Genebrardus (l. 4. *Chronol.*) omnibus, qui divinum officium recitare tenentur. clericis indictum est, sub praeecepto, extra chorum: pie tamen hortatur omnes ad aliud recitandum in choro eius consuetudine dicendi, praescriptis in Breviario diebus. Quin ex constitutione eiusdem, qui ex beneficio Ecclesiastico obtinent pensionem, tenentur ad recitandum saltem officium parvum beatae Virginis, quemadmodum observat idem Navarrus (de oratione cap. 21. num. 1).

Ceterum haec pia in laudem Virginis precandi forma: ita usque recepta est, ut laici fere omnes, qui aliquo pietatis gustu afficiuntur, singulis diebus eius officii recitandi consuetudinem teneant. Praeterea in officio Domini maiori singulis sabbatis ex decreto eiusdem Urbani IV. officium, et missae sacrum, nisi quod obstat, fiant de b. Virgine: quod etiam nunc diligenter servatur, quod inter alia, quae in Deiparae honorem praestantur, recenset s. Antonius (4. part. tit. 15. cap. 24. §. 3) his verbis: *Praeter officium parvum beatae Virgi-*

nis, quod est in precepto singulis diebus quoad obligatos, addit quoque Ecclesiam omnibus sabbatis, cum vacet, cum in missis, vel officio toto honorari solemnit, et cum sequentis: ut sicut honoratur Dominus filius in Dominicali officio ob suam resurrectionem, ita et ipsa honoratur Dominica mater in sabbato, quia illa die, scilicet sabbati, mortuo filio, et fide vacillante in multis Apostolis, et reliquis, in ea sola requievit resurrectionis explicita fides; sic Antonius exceptis ultimis verbis. Ad haec in officio item maiori in laudibus ac vesperis, cum Sanctorum commemoraciones praescribuntur, omnium prima post commemorationem de cruce, est beatae Virginis commemoratio. Ad haec ad singulas horas cum oratione Dominica praemittitur angelica salutatio; ad officii denique finem Antiphona ad Deiparam Salve Regina, vel alia temporis accommodata subnectitur. Concionatores, ut ex suis concionibus uberem animarum fructum referant, divinam gratiam per Deiparam implorare student; ideoque una cum Populo sua a salutatione angelica conciones auspicantur huius pie consuetudinis meminit s. Antonius (4. p. tit. 15 cap. 24. §. 3): Omnes, inquit, sermoneantes, et praedicantes Christianis exordium pro gratia impetranda a salutatione angelica faciunt; sic ille. Huius ratio peti potest ex quadam revelatione facta sancto Dominico. Is cum in regione Tolosana Galliae Narbonensis concionaretur, nec quicquam fructus spiritualis colligeret, cum sacratissima Virgine ea de re exstulavit; quae cum sancto viro aliquando apparuisset, ei dixit: Dominice fili, nihil mireris, quod concionando minime proficis: enimvero aras solum a pluvia non irrigatum, scilicet, cum Deus renovare decrevit mundum, Salutationis angelicae pluviam praemisit, sicque orbis ipse in melius est reformatus. Hortare igitur homines in concionibus ad Rosarii mei recitationem, et magnus dehinc animarum fructus consequetur: quod s. Dominicus strenue executus uberes ex suis concionibus animarum fructus retulit; haec ex miraculis Rosarii, quae in libro Rosarii Italice habentur: ita proportione quadam in sermonibus ad populum praemittitur salutatio angelica, ut hac coelestis pluvia, terra cordis nostri arida irrigetur, et fructum divino beneficio per Virginem impetratum, uberiorer ferat.

Porro quis ignorat varias Antiphonas, quibus Ecclesia catholica Deiparam Virginem colit? Inter illas apud me principem locum tenet illa celebratissima Salve Regina: huius Antiphonae auctor, quamvis a Durando (lib. 4. ratio. cap. 22), et a Claudio Rota (in legendario Sanct. cap. 77), dicatur Petrus Episcopus Compostellanus; communiter tamen existimatur Hermannus Contractus, Deiparae, a qua scientiam consecutus est, studiosissimus: id enim testatur Abbas Trilbenius (lib. 1. de viris illustrib. Ordin. Sancti Benedicti capit. 84), Genebrardus (lib. 4. Chronic.). Canisius (lib. 3. cap. 13), cardinalis Bellarminus (lib. 1. de bonis operibus de particulari capit. 15), et cumque solemnissimus esset in Germania, teste Caesario (lib. 7. exempl. capit. 30), et in Galliis Gregorius Nonus, auctore Abbate Urspergensis, in fine Horarum,

eam per omnes Ecclesias decantari iussit. Inter opera quoque sancti Bernardi leguntur sermones de ea, et sanctus Bonaventura (tom. 2. opusc.), rhythmis eam celebravit. Eandem Antiphonam Navarrus (in Manuali de orat. cap. 19. num. 184) testatur, ut supra dixi, ab angelis in Ronca valle cantari solentibus sabbatis apud quendam fontem, qui iam inde usque in praesentem diem fons anglorum appellatur: addit praeterea Navarrus, a quibusdam eam appellari nauticam, propterea quod nautae praesertim, imminens naufragium metuentes, magna cum intentione animi eam religiose usurpant: et Thomas Bozius (lib. 9. de Signis Ecclesiae cap. 8): In vases, inquit, inductus est, ut omnis Christianus singulis eam diebus Deiparae dicat.

Porro complura miracula in eorum beneficium, qui Salve Regina pie recitare solebant, narrat Caesarius (lib. 7. exempl. cap. 30), Thomas Cantipratensis (in lib. 3. apum cap. 29. pa. 22), sanctus Antonius (3. part. histor. tit. 23. cap. 3. §. 2. et spec. exempl. distinct. 7. num. 42. 43. et 44). Ullitur etiam Ecclesia illis antiphonis, Alma Redemptoris Mater, quae pericia coeli, etc. Ave Regina colorum, etc. Regina coeli laetare alleluia, quia quem meruisti, etc. Quam antiphonam ab angelis decantant, et a sancto Gregorio Papa, ultimo versiculo adiecto, completam, constans est omnium Historicorum sententia. Nec silentio praeterrmittam antiphonam illam: Obsecro te Domina sancta Maria, cum et illa alia: O intemerata, et in aeternum benedicta: quae in Deiparae, et s. Ioann. Evangelistae honorem dirigitur: eam s. Edmundus adolescens, postea Archiepiscopus Cantuariensis, recitare solitus, cum die quadam illam ex oblivione emisisset, in sequenti nocte a s. Ioann. Evangelista, qui eidem per quietem apparuit, et gravem ferulae iculum comminatus est, ne eam in posterum omitteret, familiariter est persuasus, ut in eius vila apud Surtium (tomo 5), et Vincentius Beluacensis (lib. 31. spec. histor. cap. 73). Alius quoque haec eandem oratione daemonis insidias evasit ex Vincentio (lib. 7. cap. 101). Adde Antiphonas illas: O Domina mea sancta Maria ne in tuam etc. O Maria Dei Genitrix, Virgo Gratiosa: etc. Sub tuum praesidium. etc. Sancta Maria succurre miseris, etc. desumpta ex Augustino (serm. 18. de sanct.). Gaude Maria Virgo cunctas haereses, etc. Atque haec cum pie decantaretur, aliquot contigere miracula, quae non libro ultimo retulimus: Folia namque es sacra Virgo Maria, etc. quam laudem iuxta Suesionem urbem in Galliis concinentes angelos exauditos in Vigilia Assumptionis testatur Thomas Cantipratensis (lib. 2. c. 40. p. 7).

Hymnis etiam variis Ecclesia catholica Deiparam veneratur: Quem terra, pontus, aethera, et illud: O Gloriosa Domina: quo hymno sanctus Antonius Patavinus, daemone cum praefocare conatum, effugavit, ut in vita eius legitur. Insignis est etiam hymnus: Memento salutaris auctor, in cuius fine dicitur: Mater misericordiae,

Tu nos ab hoste protege.  
Et hora mortis suscipe.

Quos tum valentes, tum moribundi magna pietate iterant, et quos Virgini in eo articulo sese commendent: quin etiam quemadmodum narrat Pelbartus (lib. 10. Stell. parte ult. cap. 8), ex Ioanne Aegydio, seu Iunio, Ordinis Praedicatorum, in libro, qui inscribitur Scala coeli: Quidam paternis bonis dilapidatis, spe pecuniae adipiscendae, in nemus a praestigiatore quodam perductus, coepit a daemone ad Deiparam abnegandam urgeri; sed iuvenis terrore percussus, hos versiculos, Maria Mater gratias, etc. quos quotidie recitare consueverat, contenta voce pronunciat: hicque daemon iratus praestigiatore praefocato, statim evanuit.

Ad eundem Virginis cultum spectat frequens in Ecclesia in omnibus vespertinis horis Canticum illud sanctissimum ab ipsa Deipara editum, nec non adoratio angelica novies in officio Divino maiori repetita, quibus et accedunt Litaniae Deiparae, ex variis eius honorificis titulis concinnatae, quae in variis Virginis templis, praesertim Lauterano, decantari consueverunt. In eandem etiam precationum numerum revoce precationem illam, quae inscribitur Planctus b. Mariae, quae incipit, Stabat mater dolorosa, cuius auctorem esse sanctum Gregorium docuit s. Antonius (3. hist. tit. 22. cap. 3. §. 32), quem sequutus est Philippus Bergomati in supplemento ad annum 1299.

Ad haec in consecrationibus, ac benedictionibus ab Ecclesia in Pontificali Romano institutis, Deiparae nomen saepe reverenter invocatur, sive cum in eius honorem ea, quae Pontifex consecrat, dicantur, sive cum eius auxilium imploratur, id quod advertere licet in solemnibus templi consecratione, in qua cum ad Altaris consecrationem venit, Ecclesia secundum Deum in Deiparae honorem nominalim, et ante reliquos Sanctos, et ipsum etiam patronum, cui templum peculiariter dicitur, id a sese his conceptis verbis fieri proficitur: Sanctifecit hoc altare in honorem Dei omnipotentis, et gloriosae Virginis Mariae, atque omnium Sanctorum, et ad nomen, et memoriam sancti N. Pax tibi. Quae verba in consecratione Altaris Pontifex quinquies iterat, cum signum crucis cum aqua benedicta diversis in locis imprimit: et quoniam oleo Catechumenorum his quinque crucebus, oleo vero sacri Christomatis semel totidem crucebus in iisdem locis signal, ad eorum singulas eandem fere formulam repetit. Quid plura? idem Pontifex in templi consecratione sacro Chrismate in templi parietibus duodecim crucebus inungit, ad singulas eandem verborum formulam, cum Deiparae invocatione, repetit in hunc modum: Sanctifecit, et consecrat hoc templum in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, in honorem Dei, et gloriosae Virginis Mariae, atque omnium Sanctorum, ad nomen et memoriam sancti N. Pax tibi. Quod si altare absque templo consecratur, Pontifex eiusdem Deiparae nomen, eandemque dicendi formulam totidem vicibus pie usurpat, cum ex aqua benedicta, ex oleo

CARTHAGENA de B. M. V. — Vol. III,

Catechumenorum, et ex sacro Chrismate, totidem numero crucebus in eo signal, quot diximus fieri, cum Altare una cum templo consecratur. In aliis praeferea precationibus, quae, sive in primariis lapideis benedictione pro ecclesia edificanda, sive in ipsa templi, et altaris consecratione a Pontifice funduntur, Deiparae semper auxilium enixe invocatur, ut videre est in Pontificali Romano.

His accedit tabellarum usus, argenteo insculptae imagines, quae ante altaria Deiparae Virginis, variis miraculis coruscantis, quas fideles appendere consueverant, in cuius rei gratiam ab Henrico Sedulio eleganter descripta carmina offero:

Insignes pietate viros, virtutibus, arte,  
Ingenio, meritis, doctrina, viribus, armis.  
Moris erat quondam stans ornare dicatis  
Vivat ut aeternum per postem saecula nomen.  
Olim sic fertur magnum decorasse Platone  
Rex Ponti meritis, sic Scaevola, Cloelia clari  
In patriam dicto pariter celebratur honore,  
Elliogenque sui Demosthenis Attica tellus  
Exhibet ingenti fabricatum in mole colossum.  
En tibi, Virgo parens, vasi per climata mundi,  
Christicolae status gratant pectore passim  
Constituant titulos, altae, templi, domosque.  
Quod genus humanum tantis sit honoribus auctum,  
Experientie malis, per te veneranda, supremis  
Sponsa Dei, Regina poli, Genitrixque Ioanitis.

Hoc igitur usus appendendi pictas tabellas, aut imagines sculptas, aut conflatas argenteo vel aere ad memoriam receptorum beneficiorum, vixit quoque apud Gentiles, ut videre est apud Horatium (l. 1. carminum ad Pyrrham), ubi sit canit:

Me tabula sacer  
Votiva paries indicat uvula  
Suspensisse potenti  
Vestimenta maris Deo.

Ibidem videtur est apud Ciceronem (de Natura Deorum lib. 3), et in Verrem (act. 4), et apud Lucianum (in Alexandr.); et Caesarem (de bello Civili lib. 3) inter Christianos Paulinus deinde in natum s. Felicis ait:

Sanctaque praefixis obtineant limina lamnis.

Ubi ipsas laminas ante limina affigi solitas ipsas tabellas pictas, vel imagines argenteo incisas ad memoranda beneficia accepta a s. Martyribus, appellat. Huius rei non pauca exempla et testimonia Laurenti vigent, ubi etiam extat tabella obblata, et missa a Mahometo pro beneficio recepto a beata Virgine Lauretana: ut sic omnis generatio eius Turcurum, et infidelium commendet, et bealam praedict Deiparam, iuxta eius vaticinium (Luc. 1): Beatum me dicent omnes generationes: extant etiam eundem rei exempla pene infinita praesertim Romae, et per totam Italiam.

Faciunt deinde ad eundem Virginis cultum peregrinationes, quae si ad aliquem locum omnium gentium, et nationum concursu, frequentiaque celebres sunt, sicut certe Lauretum, Monserratum, Caesaraugustam, Guadalupen, sanctam

Mariam maiorem in Urbe, et sanctam Mariam de populo ibidem, et alias similes pene infinitas: ac tandem silentio praetereo processiones, in quibus Deipara humeris gestatur, varia festa, insignia templa, mirifica altaria, celebres imagines, ac sumptuosas earundem imaginum vestes, variaque donaria, ad maiorem Virginis cultum oblata, quia de his omnibus longiore supra habuimus sermonem.

## HOMILIA XIII.

Referuntur alphabetico ordine celebratoria epitheta, quae tam sacrae literae, quam omnes sancti Patres ad maiorem Deiparae cultum et devotionem in nobis excitandam, tradidero.

Ecclesia catholica Mariani cultus vigilantissima, inter pleraque alia, quibus b. Virginem Dei Genitricem veneratur, frequens est usus Litaniarum, quas ex variis epithetis contextas fidelibus tradit: ut tamen brevitatis illas commendaret, et faciliem earum redderet usum, paucissima epitheta concinnavit; et ideo operae pretium me facturum duxi, si laborem hunc susciperem, ut fere omnia honorifica nomina, et celebratoria epitheta, quibus tam divina eloquia, quam sancti Ecclesiae magistri, Dei parentem conestonarunt, hac una homilia perstringerem: id. Deo favente, nunc praestabo, fons, unde illa hauserim, fere semper adnotato.

## A

Aula coelestis, div. Ambr. (ad Sir. l. 10. c. 51).  
Altare thymiamatis, div. Ambros. (l. 2. de Virg.).  
Altare Dei, (Psalm. 42).  
Altare animatum panis vitae, Methodius (in orat. hypop.).  
Agnus immaculata, Georgius Nicomed. (epist. orat. de oblat. Deipar.).  
Aula Regis aeterni, divus August. (init. ser. 1. de Assumpt.).  
Arca novi testamenti, Ildeph. (ser. 1. de Ass.).  
Arca Noe, Esychius (serm. 2. de sanct. Deip.).  
Alma mater, ex Hymno, Ave maris stella.  
Arca vitae, Andreas Hierosolymitanus (in sal. Angelic.).  
Auxilium Christianorum, Nicephorus Calvin. (lib. 18. Eccl. histor. cap. 33).  
Ab aeterno ordinata, (Proverb. 8).  
Aurora consurgens, Ecclesiasticus (c. 5), Canisius (l. 1. cap. 12).  
Ab Angelo humiliter salutata, Luc. (cap. 1).  
Arca testimonii, (Eccl. 15).  
Auctrix meriti, div. Augustinus (ser. de Ass.).  
A pastoribus et Magis cum filio inventa, Luc. (cap. 2), et Matthaeus (cap. 1).  
Advocata nostra, d. Gregorius Nazianzenus (in frag. Christ. pat.).

Aquaeductus coelestium gratiarum, Oratio, (Obsecr. te Dom.).  
Arca Noe Salutaris, (Cant. 4).  
Aula Spiritus sancti, Ildephonsus (serm. 2. de Nativ. b. Mar.).  
Armarius vitae, Chrysippus Hierosolymitanus (serm. de s. Deip.).  
A Philosophis sanctis praefata, Ildephonsus (serm. de Assumpt.).  
Auxiliatrix praesens, div. Bern. (ser. 2. de Adv.).  
Auctrix meriti benedicta, d. Augustinus (ser. 6. in Nativ. Dom.).  
Egrotantium exultatio, Ephrem (in orat. de laudib. b. Mar.).  
Affectrix Iesu perpetua, d. Epiphani. (haer. 78. contr. Antidic.).  
Angelorum gloria, Giselbertus (in altar. Synag. et Eccl. cap. 7. et 19).  
Abyssus gratiae, div. Damasc. (de dorm. Deip.).  
Animatum altare, s. Methodius martyr.  
Animatum Dei templum, s. Ignatius martyr.  
Anchora, portusque tullissimus, idem.  
Apotheca, d. Bernardus.  
Armarium vitae, Chrysippus.  
Arca laetior, longior, et illustrior arca Noe, Esychius.  
Eterna virginitas, Ildephonsus.  
Advocata omnium iniquorum, ad ipsam confugientium, Dionys. Richel.

## B

Balsamum aromatizans, (Eccl. cap. 24).  
Benedictus Cyprus, (Cant. 1).  
Benedicta inter mulieres, Luc. (cap. 1), et d. Bernardus (serm. 4. in natal. Dom.).  
Bethlehemitica cisterna Davidem refocillans, Methodius martyr.  
Benedicti seminis angusta parens, divus Bernardus.

## C

Captivorum redemptrix, et omnium salus, s. Ephrem Diaconus (ser. de laud. Virg. Mar.).  
Complementum Trinitatis, Eucherius (orat. de b. Virg. quae refer. tom. 5. Bibl. sanct. Patr.).  
Cinamonum, (Eccl. c. 24).  
Cunctis desiderabilis, Ignatius (ep. ad Io. Ev.).  
Christianorum perfugium, Damascenus (serm. de dormit.).  
Castimoniae praesidium, Petrus Canisius (lib. 2. cap. 13).  
Captivorum redemptrix, et omnium salus, s. Ephrem.  
Castrorum acies ordinata, Andreas Cretensis non vulgaris auctor.  
Confortatrix Martyrum, d. Bonaventura.  
Creatoris mater, s. Methodius martyr.  
Coelestis thesaurus Deitatis, vel, ut alii legunt, veritatis, Origenes.  
Coeli, et terrae summa, Domina, et unica Dominatrix, super choros angelorum exaltata, divus Anselmus.

Clibanus intellectualis, qui ignem, et panem vitae calidum mundo in esum attulit, d. Epiphanius.

Complementum Trinitatis, Esychius.  
Castellum, in quod intravit Iesus, divus Bernardus (serm. 2. de Assumpt. b. Mar.), et Ephrem (or. b. Mar. ser. de Ass. Deip.).  
Causa nostrae laetitiae, Lucas (c. 1, et 2).  
Cathedra Cherubina, Esych. (ser. 2. de s. Deip.).  
Candelabrum aureum, Georgius Nicomed. (orat. de obit. b. Virg.).  
Castellum Iesu, d. Bernardus (ser. 2. de Ass.); et Lucas (cap. 2).  
Consolatrix peccatorum, d. Bernardus (hom. 2. sup. Mess. est sub fin.).  
Cedrus exaltata in Libano, (Eccl. 24), et Ildephonsus (serm. 1. de Assumpt.).  
Cypressus in monte Sion, (Eccl. cap. 24).  
Cisterna Bethlehemitica (2. Reg. 26), et Methodius (orat. de hypop. Dom.).  
Civitas Dei, (Psalm. 68), d. Augustinus (de civ. Dei lib. 17. cap. 16), et Brun. (ser. de laud. beat. Mar.).  
Columba formosa, (Cant. 2), div. Bernar. (ser. 2. de Assumpt.).  
Columba pura, et omni angelico exercitu formosior, d. Epiph. (serm. de laud. b. Mar.).  
Cum filio dulciter conversata, Luc. (cap. 2).  
Cuius pulchritudinem sol et luna mirantur, ex Offic. Ecclesiast.  
Cuius vultum deprecantur omnes divites plebis, (Psalm. 44).  
Cunctis generationibus beatissima praedicata, Lucas (cap. 1), et (Cant. 6).  
Cuius spiritus super mel dulcis, (Eccl. 24).  
Civitas refugii, (Gen. 6).  
Cunctas haereses sola interimens, (Cant. 6).  
Columba in medio accipitrum, d. Chrysostomus (hom. 2. de patient. Iob).  
Cathedra non inferior, Esych. (ser. 2. de Deip.).  
Comprehensio omnia comprehendens, s. Methodius martyr (in or. habit. ob hyp. Dom.).  
Coelum, in quo sol splendet, Andreas Hierosolymitanus (in exptic. salut. Angel.).  
Christianorum propugnatrix, Andreas Cretensis (in encom. de dorm. b. Virg.).  
Cartha divinissima, s. Ephrem Diaconus Ecclesiae Edessen. (orat. de laud. Mar.).  
Coelum, et sedes Dei, sanctus Germanus patriarcha Constantinopolitanus (in Paul. 44).  
Corruptionis interitus, s. Serg. (de Mar. nat.).  
Causa salutis humani generis, Irenaeus (lib. 3. cap. 33. contr. haeres.).  
Consolatio infirmorum, Giselbertus (in altere. cap. 7. 14. et 19).  
Contritio pravitate haereticae, Sophron. vel, ut alii volunt, Hieron. (in ser. de Ass. Virg.).  
Clausuram pudoris integrum, Ildephonsus (in fin. ser. de partur. b. Mar.).  
Circumscriptio incircumscripti Dei, Method. (orat. de hypop. Dom.).  
Coelum, in quo Dei gloria splendet, Andreas Hierosolymitanus (in salut. Angel.).  
Cubiculum ortus Christi purum, Chrysostomus (in orat. de Annunc. Virg.).

## D

Dominatrix, unica super choros exaltata, d. Anselmus (lib. 1. excell. b. Mar. cap. ult.).  
Domus sapientiae, d. Hieronymus (lib. 20. in Isai. cap. 7).  
Domina regum, Ildeph. (ser. 4. de Ass.).  
Domina gloriosa, Georgius Nicomed. (or. de oblat. Deip.).  
Domina rerum omnium, d. Ioan. Damascen. (lib. 4. cap. 15. de fid. orthod.).  
Desiderata gentibus, Bernardus (Epist. 174. ad Canon. Lugdun.).  
Dulcedo animarum credentium, Bernardus (in exptic. hymn. Sale. Regin.).  
Decus omnium honorificentissimum, Damascenus (de dorm. b. Virg.).  
Disciplina omnium, d. Ambr. (lib. 2. de Virg.).  
Dei sponsa, Rupertus (lib. 7. de glor. Trinit. et procc. Spir. s. c. 13. et Cant. 4).  
Decus Patriarcharum, Andreas Hierosolymitanus (in salut. Angel.).  
Deliciis spiritualibus affluens, d. Bern. (serm. 4. de Assumpt. et Nativ. Mariae, et Cant. 8).  
Doctrix doctorum, Idiola (in lib. contemplat. de Virg. c. 30).  
Decora sicut Hierusalem, (Cantic. 6), et Brun. Carthus.  
Domicilium Verbi Deum deccas, Damasc. (lib. 4. de fide cap. 15).  
Desiderium collium aeternorum, (Gen. 43).  
Deficiente in nuptiis vino fidelium deprecata, Ioannes (cap. 2).  
Doloris gladio transfixa, Lucas (cap. 2).  
Duodecim stellis coronata, Apoc. (cap. 12).  
Dea subintelligi per participationem, b. Damian. (serm. 2. de nativ. b. Virg.), et Greg. Naz. (orat. de Christo patiente).  
Dei et hominum mediatrix, Epiph. (ser. de Deip.).  
Domina Angelorum, ex Ecclesiae off.  
Declaratio occultorum, et profundorum, Audr. Cret. (de laud. Virg.).  
Deipara benedicta, Damas. (in hymn. de Assumpt. beatae Mariae).  
Domina benignissima, Pel. Damia. (serm. 1. de nativ. b. Mariae).  
Domina piissima, d. Anselmus (lib. de excell. beatae Virg. cap. 12).  
Domina immaculata, Chrysost. (in liturgia).  
Domina, et magistra Prophetarum, Galat. (lib. 7. de arcanae cathol. verit. c. 4. et 12).  
Domus aurea.  
Dei indumentum, s. Method. martyr.  
Dilectionis thesaurus, idem.  
Divinae charitatis promptuarium, idem.  
Domina mundi, d. Bern.  
Dulcissimum Annae pignus, d. Ioan. Damasc.  
Domicilium coelo praestantius, b. Audr. Hieros.  
Divinorum oraculorum divini archetypi imago, idem.  
Dulcedo nostra.  
Divinae incomprehensibilitatis summa, b. Audr. Hierosolymitanus.  
Delinquentium spes, beatus Laurentius Iustin.  
Decus, et ornamentum, Procl. Episc. Cyzicenus.  
Domus super omnes benedicta.